



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

78 Divites multis commodis, ac honoribus fruuntur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

Univerſit. numer. 9. cum alijs ſupra allegatis.

Præmiſſa etiam procedunt, ubicunque parochiales eccleſiæ nullos redditus, vel adeo tenues habent, ut parochi certa annua, vel menſtrua pecuniæ ſumma à parochianis conducantur, quia collectæ pari modo per ſolidum, & libram juxta

76 ¶ enim eadem ratio militet, idè jus ſtatui debet. *l. i. ff. ad l. Aquil. Crav. conf. 183. n. 3.*

77 Maxima ¶ autem oriretur in juſtitia, ſi in dictis caſibus per capita hominum, vel capita domorum collectæ eſſent perſolvendæ, quia ut plurimum pauperes nihil poſſidentes, & ex eorum labore, & induſtria tantum viventes, ſunt prole onuſti, ita quòd ſi per capita hominum, pauperimi, qui numero multi ſunt, in majori pecuniarum ſumma concurrere cogentur, & gravius onus ſuſtinerent, quam ditiores: ſi

78 Inter pauperes ¶ enim, & divites etiam ruſticos, maxima habetur differentia. Divites enim ſunt de Conſilio, adminiſtrant bona communia, habent inter ſe officia, prærogativas, honorantias, ditiores baldachinum ferunt, habent particulares ſepulturas, & ſedia in decentioribus locis eccleſiæ: & pauperes verò ſtant in locis à choro remotioribus, ſepeliuntur in cœmeterio extra eccleſiam, & non participant de honoribus, quibus divites gaudent. In diſtributione candelarum quæ ſingulis annis fit in ſolemnitate feſtivitatis Purificationis

B. Mariæ, divitibus majores diſtribuuntur, & idè, qui honoribus, & commoditatibus præcellunt, congruum eſt, ut majori gravamine onerentur, argum. text. in *l. ſecundum naturam, ff. de regul. juris, & cap. qui ſentit, eod. tit. in 6.*

79 Magnates verò ¶ ac locorum primates, quòd cæteris poteſtate præminent, ac dignitate præfulgent, eò in divitiarum operum ſumptibus ad pauperum ſubiectorum levamen largiores, ac munificentiores eſſe debent, illi enim inter cætera, varijs gaudet honoribus, à ſubditis tanquam Reipublicæ columina venerantur, ad eorum nutum populus univerſus obtemperat. Et ſicut etiam ad ipſorum habitacionem decentiores ac honoratiores civitatis ædes aſſignantur, ita & in templis, & eccleſiis, ubi ad divina peragenda convenitur, ſupremas in populo ſedes non ipſi ſolum ſed & tota illorum familia obtinet. ¶ At hic haud prætermittam, quòd alicubi non ſatis laude dignum fieri ſolet. Ubi locorum domini, & qui nobilitate, aut magiſtratus honore præcellunt ſedes ſibi in ipſo Eccleſiæ choro habere prætendunt, eaſque nulla loci, qui Dei ſacerdotibus rem divinam facientibus tantum dicatus eſt, ratione habita, ibi conſtituere non dubitant, antiquorum Imperatorum veſtigia, minimè, ut æquum eſſet, æmulantes. Theodoſius enim (ut alios memorandæ pietatis, ac ſanctitatis taſeam) Junior Imperator templum ingreſſus ſacra altaria manerum tantum offerendorum gratia accedebat, quibus oblatiſ, ad extimam communeque atrium mox ſe recipiebat, ut teſtat. Baron. in *lib. ann. Eccleſ. tom. 5. ann. 413. pag. 158. in ſn.*

Finis Secundæ Partis.